

rans se eis uti velle, tanquam veris, & authenticis, nec falsa, vel simulatè concepta esse, alias, si simul cum suo libello non produxerit, postmodum admittenda non erunt, nec eis uti poterit, nisi cum juramento dixerit de novo reperta fuisse, & antea in ejus notitiam non venisse: nam tunc in quacunque parte litis producere actor poterit, juxta leg. 1. tit. 2. lib. 4. Recop. 59. que licet loquatur in libris agitantis in Cancellariis, & Audientis Regis, etiam idem observandum erit in Tribunalibus Inferioribus, cum prædicta lex fituata sit sub Rubrica tituli agentis de *Actionibus intentandis*, tam in Audientis Regis, quam alius Tribunalibus, & quia ratio illius legis generalis est: rursus, quando Princeps scribit alicui Præsidi, omnibus scribere censetur, nisi aliqua speciali ratione ductus illi scriberet. (m)

60. Postquam libellus actionis intentanda Judicis ab actore porrectus fuerit, Judex, inquit, se illud pro oblatò habere, præcipitque reo intimari, & quod sibi de illo copia detur, ut veniat responsurus: (n) copia enim libelli adversario dari debet, ut videat an cedere, vel contendere debeat: (o) & copia illius primi libelli expensis actoris danda erit reo secundum glossam, (p) tenet Bartolus in Auth. *Offeratur*, Cod. de *Litis contest.* & in l. 2. ff. de *Re judic.* Utrobique asserens, in hoc observandam fore consuetudinem cujusque loci: ac proinde Judices, cum primum ingrediuntur locum magistratus sibi commissi, curare debent animum suum informare de stylo illius Audientis, (q) quem styllum à Tabellionibus, & à Procuratoribus inquirere debet; (r) sed melius requiret à peritis, & antiquis sui fori Advocatis, quos ad se vocatos, summarie poterit examinare in his, quæ pertinent ad litis ordinationem, (s) & tunc Tabellio in scriptis redigit hanc præsentationem libelli, & responsum Judicis cum duobus testibus, si de stylo Audientis soleant testes in actus processus apponi, (t) & iste actus erit scribendus

(m) Ut docet Bart. in leg. *Relegatorum*, §. *Interdicere*, ff. de *Interdic.* & *relegat.* Jass. in leg. 1. num. 7. ff. de *Constit. Princip.*

(n) Ita firmat gloss. in leg. *De pupillo*, §. *Memnisse*, verb. *Cum*, ff. de *Novi. oper. nunt.* & gloss. fin. in cap. *Ex parte* 1. de *Verb. sign.* & ibi notat Panorm. & Felin. in cap. *Dimittit*, §. *Lites*, n. 13. de *Acquis. Alex.* & Jass. dict. §. *Dimittit*.

(o) Secundum Angel. in leg. 1. §. *Edere*, ff. de *Edend.* per text. in Auth. *Offeratur*, Cod. de *Lit. contest.* & in leg. 40. tit. 2. Part. 3.

(p) Verbo *Oblatos*, in Clem. 2. de *Appel.* & gloss. in Clem. *Causam*, verb. *Porrectio*, de *Elect.* & gloss. in Clem. *Sapienter*, verb. *Pronunciatio*, de *Verb. sign.*

modo, quo diximus in 1. part. 2. Tomi, cap. 5. num. 31. 61. Qui reus respondere debet de *Jure Regio* intra novem dies connumerandos à die intimationis, (u) 62. præterquam in causis gabellarum, in quibus intra tres dies tenetur respondere, (x) 63. Licet de *Jure communi* dilatio viginti dierum datur. (y) 64. Et si intra prædictum terminum reus non comparuerit, actor poterit uti uno ex tribus remediis relatis supra in fine 3. Temporis: 65. sed si comparuerit in termino prædicto, confitendo id, quod in libello continetur, judicium iniicitur, cum confitens pro condemnato habeatur, & nulla sint partes judicis, (z) 66. tamen, si in libello contenta negaverit, & habuerit aliquam exceptionem dilatoriam, vel declinatoriam fori, tenebitur illam opponere ante litis contestationem, (a) ob idque opportune erit dicendum de 5. Tempore.

EX QUINTO TEMPORE.

SUMMARI A.

- 1 **E**xceptio est actionis, aut intentionis exclusio.
- 2 **A**ctio, & exceptio, sicut pater, & filius, ita sunt correlativa, ut sine actione consistere non possit exceptio.
- 3 **E**xceptio actionis exclusio dicitur: intentionis autem repulsio proprie defensio appellatur.
- 4 **C**riminis exceptio adversus spoliatum opponi nequit.
- 5 **I**nimicus illegitimus est ad accusandum.
- 6 **N**on valentibus accusare licitum est excipere.
- 7 **Q**ui excipiendo crimen objicit, criminaliter agere non videtur.
- 8 **P**endentia accusationis accusatum infamem reddit, & restitutionem retardat.
- 9 **N**ovo jure præjudicialis, seu peremptoria

(q) Ut in leg. 3. §. *Testes*, ff. de *Testib.* & ibi Pomatius ad Bartol.

(r) Secundum Sylv. Nupt. in lib. 3. n. 32.

(s) Ut per Bartol. in leg. de *Quibus*, n. 22. ff. de *Legib.*

(t) Juxta ea, quæ res solvimus supra, in Annotat. ult. ad totum opus, n. 26.

(u) Juxta text. in dict. leg. 1. tit. 4. lib. 4. Recop.

(x) Juxta text. in leg. 5. tit. 7. lib. 9. Recop.

(y) Ut probat text. in Auth. *Offeratur*, Cod. de *Lit. contest.*

(z) Juxta text. leg. 1. Cod. de *Confess.*

(a) Ut probat text. in leg. fin. Cod. de *Except.* & in cap. *Inter Manasterium*, de *Re jud.* & in leg. 1. tit. 5. lib. 4. Recop.

Proponendarum exceptionum dilatoriarum. 59

ria exceptio opponi potest post litis contestationem, dummodo intra viginti dies, & non ultra fuerit opposita.

10 **D**efensio, seu intentionis repulsio ultra viginti dierum terminum opponi poterit.

11 **E**xceptiones alia peremptoria, alia dilatoria dicuntur, alia secundum Doctores mixta appellantur.

12 **D**ilatorie exceptiones sunt, quæ differunt, non autem causam finiunt.

13 **E**xceptiones dilatoria in tres dividuntur species: quædam enim Judicis personam respiciunt: quædam litigantis personam: alia verò ad totam causam respiciendæ sunt adinventæ.

14 **P**ost litis contestationem non possunt dilatoria exceptiones à litigantibus opponi.

15 **P**rædicta regula limitanda est, ex cap. *Pastoralis*, de *Except.* cum aliis.

16 **E**xceptiones dilatoria intra novem dies *Jure Regio* sunt opponendæ, qui, à fine ultimi termini ad comparandum in citatione assignati, connumerari debent.

17 **D**ilatoriarum terminus *Jure Communi* arbitrio Judicis, & restringi, & ampliari poterat.

18 **T**erminus à lege Regia concessus, scilicet, novem dierum per Judicem abbreviari nequit.

19 **V**ertus est, terminum novem dierum à Judice abbreviari posse.

20 **O**mnem dilationem à lege concessam Judex ex causa restringere potest.

21 **R**ecusatio Judicis suspecti ante omnes alias dilatorias exceptiones opponenda est.

22 **E**xceptio fori declinatoria ante alias dilatorias opponenda est.

23 **Q**ui post aliam exceptionem dilatoriam, fori declinatoriam opponit, Judicis non sui jurisdictionem consensu tacite prorogare videtur.

24 **C**oram Judice nullam habente jurisdictionem conventus, in quacunque litis parte fori exceptionem objicere potest.

25 **Q**ui omnino jurisdictione caret, ex solo privatorum consensu Judex fieri non potest.

26 **C**um errantis nullus sit consensus, si per errorem quis coram Judice non suo compareat, poterit fori exceptionem quodcumque opponere.

27 **I**nterrogatus, an velit coram tali Judice litigare, si se velle responderit, non poterit postea Judicem recusare.

28 **R**eus respondens, se velle coram tali Judice litigare, salvo suis exceptionibus, poterit Judicem recusationem opponere.

29 **L**ibellus Hispano sermone concessus.

30 **E**xpositio supradicti libelli.

31 **I**ncompetentia Judicis in libelli initio opponenda est, ea protestatione præhabita, quod reus non intendit jurisdictionem aliquam Judicis tribuere, nisi eam quasi jure competit.

32 **R**ecusatio, sicut qualibet alia dilatoria exceptio, intra novem dies proponi debet, intra quos, & reus litem contestari tenetur.

33 **I**ntra terminum assignatum reus litem non contestans, habetur pro confesso.

34 **L**itis contestationis effectus est, viam exceptiones dilatorias opponendi præcludere.

35 **A**ctor forum rei sequi debet.

36 **S**ummariè debet Judex de exceptione judicii declinatoria cognoscere, & super ea pronunciare.

37 **S**i Judex jurisdictionem suam ignorans pronuntiet processum, & sententia est ipso jure nulla.

38 **E**xceptiones alia dilatoria post declinatoriam possunt in eodem libello conulari.

39 **L**ibellus Hispano sermone compositus.

40 **E**xcommunicatus in judicio comparere non potest.

41 **P**ublica auctoritas judicio debita observanda est.

42 **E**xcommunicatus adversario in judicio respondere cogendus est.

43 **N**on debet excommunicatus ex delicto suo commodum reportare.

44 **P**ermisum est excommunicato, ad judicium venire compulso, excipere, defendere, & appellere.

45 **F**rangenda non est lex Natura, quæ omnibus defensionem pollicetur.

46 **D**ivino jure probatum est, cum excommunicatis communicare.

47 **I**n actibus Divinis participatio cum excommunicatis Divino jure prohibita est, at verò in actibus humanis non, nisi positivo.

48 **R**omanus Pontifex jus Divinum interpretari ex causa potest.

49 **P**er procuratorem tenetur excommunicatus in judicio respondere.

50 **I**n causis arduis non compellitur quis procuratorem constituere.

51 **E**xcommunicatus in arduis causis personaliter in judicio comparere potest.

52 **V**erbum debet necessitatem interdum, voluntatem tamen aliquando importare.

53 **P**ersonaliter etiam in causis arduis excommunicatus respondere non potest, sed procuratorem constituere compellendus est.

54 **E**xcommunicato exceptiones competentes per procuratorem opponuntur.

55 **Q**uoties propter delictum non potest quis in judicio comparere, etiam in causis arduis procuratorem constituere compellendus erit.

56 Excommunicatus per procuratorem ex-
cipere, se defendere, & appellare debet.

57 Excommunicato in iudicio agenti excep-
tio abijci potest.

58 Exceptio, qua excommunicatis obijcitur,
cum dilatoria fit, ante litem contestatam op-
ponenda est.

59 Excommunicationis exceptio in qua-
cumque liti parte opponi potest.

60 Cum excommunicatis participans pec-
cat.

61 Loci non tuti exceptio iudici in qua-
cumque liti parte obijci potest.

62 Inter exceptionem loci non tuti, & ex-
communicationis maxima versatur differen-
tia.

63 Excommunicationis exceptionem obij-
ciens, exprimere tenetur, an sit maior, vel mi-
nor excommunicatio, & nomen excommunica-
tionis declarare debet.

64 Quoties mentio fit excommunicationis,
de majori in dubio intelligitur.

65 Pœna in dubio de minori intelligenda
est.

66 Excommunicatione nulla pœna in Ecclē-
sia major.

67 Ante dispositionem cap. penult. de Sen-
tent. excommun. excommunicatio in dubio pro
minori accipiebatur.

68 Minor excommunicatio sufficiens non
est ad contumaces refrenandos, qua nihil ul-
tra peccatum mortale operatur.

69 Interdicta Civitate, suburbia interdicta
non videntur.

70 Jure veteri, eo ipso quod constabat
excommunicatum aliquem esse, is statim vi-
tandus erat.

71 Excommunicatus vitari non debet ante
publicationem, & excommunicationis denuntia-
tionem.

72 Interpretatur Extravagans ad evitanda
scandala, Martini V.

73 Quamvis testibus duobus excommuni-
catus probetur, nihilominus tamen ante denun-
tiationem excommunicatus vitari nequit, etiam
si publica fama testaretur.

74 Hodie excommunicatum occultum, etiam
occulte, vitare non tenemur ante denuntia-
tionem.

75 Excommunicatus, etiam nominatim, &

specialiter, non est vitandus ante denuntiationem.

76 Nominatim aliquid dicitur, cum ex equi-
potentibus id cognoscitur.

77 Si excommunicatus ita sit notorius, ut
nulla excusatione celari possit, etiam ante de-
nuntiationem, & publicationem vitandus est.

78 Securius est omnes notorios excommuni-
catus, etiam ante denuntiationem, vitare.

79 Excommunicatus notorius necessariò de-
nuntiandus non est.

80 Ante denuntiationem, & publicatio-
nem excommunicatus vitari nequit, nisi ita
sit notorius, ut nulla valeat tergiversatione
celari.

81 Litis pendentia exceptio cum dilatoria
fit, ante litem contestationem obijcienda est.

82 Mixta, seu anomala exceptiones, quia
aliarum naturam non imitantur, in quacunque
liti parte opponi poterunt.

83 Excommunicationis, aut non numerate
pecunie, vel dotis exceptio ante, & post li-
tis contestationem obijci possunt, sicut excep-
tio rei iudicate, iurjurandi, & transactionis,
qua quidem iudicantur secundum formam, &
modum eas opponendi.

84 De exceptionibus dilatoriis summarie
ante definitivam sententiam cognoscitur, &
super ipsis pronuntiatur.

85 Reus, cui nulla dilatoria exceptio com-
petit, intra novem dies litem contestari tenetur.

QUINTUM TEMPUS.

PRONONNDARUM EXCEPTIUM dilatoriarum.

EXceptio est actionis, vel intentionis exclu-
sio: ita dedit Panormitanus (a) ex text.
in l. 2. ff. de Except. & hanc definitionem præ-
sensit Glossa. (b) 2. Sed adversus hanc definitio-
nem obijcitur, quod actio, & exceptio sunt corre-
lativa, ut pater, & filius, maritus, & uxor: (c) ergo
quamvis exceptio sit actionis exclusio, tamen
non potest esse intentionis repulsio, cum ac-
tio deficiat, cui opponatur, & quam excep-
tio præmittit: 3. rursus contra Panormitanum
facit Glossa in cap. 1. de Lit. contest. in 6. asser-
rens, exceptionem proprie dici actionis exclu-
sionem; defensionem autem esse intentionis
repulsam. (d) Et hinc Azo, (e) & Specula-
tor,

(a) In Rub. Extra de Except.

(b) In dict. leg. 2. verb. *intentionem*, & eam explicat
Socin. in Rubr. ff. de Except. & Rebus. in Tract. de Except.
num. 2.

(c) Ut in leg. *si quidem*, Cod. de Except. & notat Bald.
in leg. *in rebus*, n. 12. Cod. de *jur. dot.*

(d) Cujus opinionem probant ibi Dominic. & Franc. &
communem testatur Socin. in Rubr. ff. de Except. Didac.
Perez in leg. 1. tit. 8. lib. 3. Ordin. in gloss. 1. verfic.
Videtur tamen.

(e) In Summa, Cod. de Except.

Proponendarum exceptionem dilatoriarum.

tor, (e) & Glossa (f) aliter definiunt, & di-
cunt, exceptionem proprie esse actionis exclu-
sionem, non vero intentionis, quam opinio-
nem contra Panormitanum probat Decius,
(g) & Covarruvias in Reg. *Possessor.* (h)
Nec huic opinioni refragatur text. in dict. l. 2.
Imo ei suffragatur: nam in hunc sensum verba
eius accipiuntur, quod exceptio opponitur
actioni ad excludendum id, quod in intentionem
deductum est, id est, ad excludendum id,
quod per eam actionem actor intendit: non
tamen ex hoc probat text. ille, exceptionem
dici, cum quid opponitur ad exclusionem in-
tentionis in iudicium deductæ abque actione,
secundum Covarruviam, ubi supra, ex
prædicta resolutione plura inferentem.

Et ultra ab eo illata, infero ex prædicta
resolutione notabilem intellectum ad text. in
cap. *Item cum quis*, de *Restit. spoliat.* dum text.
ille probat, 4. exceptionem criminis contra
spoliatum obijci non posse, nec impedire res-
tutionem; alioquin sequeretur spoliatorem
criminaliter agere posse contra spoliatum,
quod tamen text. ille negat, ex eo quod spo-
liator inimicus spoliati præsumitur; 5. sed ini-
micus ad accusandum non admittitur: (i) me-
rito ergo exceptio criminis contra spoliatum
non admittitur, ita illum text. intellexerunt Do-
ctores communiter. (j) Cui tamen intellectui
videbatur ob stare, quod in illo textu videtur
actum fuisse via exceptionis de crimine adver-
sus spoliatum: dicitur enim ibi: *crimen objec-
tum fuisse ab adversario, ut spoliatum remo-
veret à sua intentione*; 6. sed prohibitis accu-
sare licitum est excipere, (k) præsertim, quia
qui via exceptionis crimen obijcit, non dicitur
criminaliter agere; (l) ergo inepta videtur
ratio Pontificis in dict. cap. *Item cum quis* as-
signata, dum ad repellendum spoliatorem ex-
cipientem de crimine, inquit, *quoniam crimi-
naliter adversus eum agere non potest*, ac ideo
text. ille difficillimus reputatur. Unde (omnis
intellectibus relatis, & assignatis ab August.
Beroio, (m) rejectoque alio intellectu assignato
à Mantua (n) asserente, exceptionem cri-

minis in dict. cap. *Item cum quis*, ideo non
fuisse admittam, quia de mente ipsius text.
constat, præsumi obiectam fuisse fraudulenter:
qui tamen intellectus ex eo confunditur, quod
Mantua diversam rationem à Pontificis ratione
retulit, contra doctrinam text. in cap. *Ne
imitaris de Constit.* ex præhabita resolutione
facile intelligitur text. ille, scilicet, quod ibi
spoliator egit via accusationis, eo prætextu,
ut suspenderetur restitutio possessionis: 8. pen-
dencia enim accusationis accusatum infamat,
& restitutionem retardat. (o) Nec huic intel-
lectui obstant verba illa in text. præscripta,
scilicet, *ut eum à sua intentione repellat*, &c.
Imò suffragantur, quia non sunt exceptionis,
nam exceptio non est intentionis repulsio, ut
supra diximus: & ideo Pontifex ibi dixit, *ut
eum à sua intentione repellat*, ut ostenderet
alia via, quam via exceptionis adversarium
intentalse impedire restitutionem spoliato. Sic
juxta hunc sensum littera illius text. clara re-
manet, & ratio Pontificis non inepta, alia-
que plura argumenta solvuntur.

Rursus, ex prædicta resolutione Didacus
Perez (p) inferebat intellectum ad illam legem,
qua *hodie* habetur in l. 1. tit. 5. lib. 4.
Recopil. g. ut dum illa lex determinat, excep-
tiones præjudiciales, & peremptorias obijci
posse post litem contestationem, intra termi-
num tamen viginti dierum, & non ultra, non
habeat locum, quando exceptio opponeretur
ad excludendam intentionem, & factum ac-
toris agentis abque actione, quia talis non est
exceptio, sed potius defensio, juxta prædic-
tam resolutionem: 10. ac ideo defensio facti,
& intentionis, elapso termino viginti dierum,
obijci poterit, quia illa lege non includuntur.
Sed hæc interpretatio confunditur ex littera
illius text. ibi: *Defensiones*, quo verbo constat,
etiam defensionem comprehendere in dict.
leg. 1. quia defensio proprie dicitur *intentionis
repulsio*, (q) ideo rejicienda erit opinio Didaci
Perez.

Et summam divisionem exceptionum ad
duo genera reducit Jurisconsultus, (r) & Im-
pe-

(e) In tit. de Exceptionibus, §. 1. n. 9.

(f) In cap. *Ex parte*, de *For. comp.* verb. *Exceptionibus* in
fin. & gloss. in cap. *Dudum* 2. de *Elect.* verb. *Irritari*.

(g) In Rubr. n. 4. *Extra de Except.* Dicens eam commu-
nem, & ibi Mant. n. 10. & Perul. n. 29.

(h) In initio prioris partis, num. 4. & Didac. Perez
ubi supr. & Afm. in Prax. §. 13. cap. 1. n. 2.

(i) Ut probat text. cap. *Cum P. Mancuella*, cap. *Memini-
mus*, cap. *Repellantur*, cap. *Cum oportet*, de *Accus.*

(j) Ibi & in cap. 1. de *Judic.* Panorm. & Dec. in cap.
Cum super, de *Offic. Deleg. Felin.* & Anian. cap. *Cum oportet*,
de *Accus.* Alex. in leg. 3. ff. de *Testib.* & Hyppol. in

leg. 1. §. *Prætere*, n. 42. de *Quæst.*

(k) Juxta text. in cap. *Cum inter*, de *Except.*

(l) Ut in cap. *Super bis*, de *Accus.*

(m) In cap. 1. *Extra de Accus.*

(n) In cap. 1. n. 15. de *Judic.*

(o) Ut in cap. *Accedens*, cap. *Omnipotens*, de *Accus.* cap.
Constituit, de *Appell.*

(p) In leg. 1. tit. 8. lib. 3. Ordin. gloss. 1. verfic. *Suaveri
potest.*

(q) Juxta gloss. cap. 1. de *Lit. contest.* in 6.

(r) In leg. 2. §. fin. & in leg. 3. ff. de *Except.*

petator, (f) dum inquit, *Appellatur exceptio*, alia *Perpetua*, & *Peremptoria*. Alia *Temporalis*, & *Dilatoria*. Et hæc duo genera alius nominibus extitisse jure primævo apparer ex Fabio Victorino lib. 2. *Rhet. Cicer. de Action. translat.* & ex Alciato lib. de *Sing. Certam.* cap. 17. num. 1. nempe peremptorias *Rescriptiones*, dilatorias *Translationes*. Postmodum autem Doctores nostri prædictis duobus generibus aliam speciem exceptionum addiderunt, scilicet, *Anomala*, sive *Mixta*, (t) 11. & ita sunt hodie tres species exceptionum, nempe *Peremptoria*, quæ alio nomine *Incidentes* appellantur: *Dilatoria*, quæ alio nomine *Emergentes* dicuntur, (u) & *Mixta*: de peremptoriis suo loco erit dicendum.

12. Dilatoria autem sunt, quæ differunt, non tamen extinguunt negotium. (x) 13. Et harum dilatoriarum tres sunt species, quædam enim *judicis personam* respiciunt, ut exceptio declinatoria fori, seu incompetentiæ, aut reculationis: quædam verò respiciunt *personam litigantis*, & dicuntur exceptiones *legitimationis personæ*, ut si pupillus sine tutore: minor sine curatore; filiusfamiliæ sine consensu patris: uxor sine licentia mariti, (y) quædam autem exceptiones respiciunt *totam causam*, ut exceptio inepti, vel obscuri libelli, vel exceptio male agis, quia ante diem agis. (z)

14. Omnesque exceptiones dilatoriae opponendæ sunt ante litem contestationem: (a) 15. quam tamen regulam limitabis ex text.

(f) In §. *Appellatur*, Infit. de *Except.*

(t) Juxta gloss. in cap. 2. §. *quæst.* 6. & in cap. *Pastoralis*, & in cap. *Exceptionem*, de *Except.* Tradit Marant. de *Ordin. Jud.* 6. part. memb. 9. cap. de *Exceptionibus*, & *Rebus*. in *Tract.* de *Except.* n. 2.

(u) Secundum gloss. 1. in dict. cap. *Exceptionem*, & ibi *Panorm.* col. pen. *Imol.* n. 6. & *Butr.* n. 10.

(x) Secundum *Guid. Pap.* in *consil.* 4. *Calan.* *consil.* 2. n. 73. & *Marant.* ubi *supr.* *Jacob. Menoch.* lib. 2. de *Arbitr.* cent. 3. *caf.* 240.

(y) Ut in toto tit. *Cod. Qui legit. person. hab. stand. in judic.*

(z) Ut in leg. 1. ff. *Quand. dies legat. ced.*

(a) Juxta text. in cap. *Inter Monasterium*, de *Re jud.* leg. fin. *Cod. de Except.* & expressus probatur in leg. *Exceptionem*, *Cod. de Prob.* & in leg. 9. tit. 3. Part. 3. & in leg. 1. tit. 5. lib. 4. *Recop.* Apud *Lufitanos*, lib. 3. *Ordin.* tit. 37. §. 1. & *notat gloss.* 1. in cap. *Exceptionem*, de *Except.* *Alex.* in leg. *Ita denuin.* *Cod. de Procur.* *Felin.* dict. cap. *Exceptionem*, n. 2. *Jall. leg. Si arrogator*, ff. de *Adopt.* n. 59. & *Carol. Ruin.* in *consil.* 71. n. 5. vol. 5. & *Rebus.* *Tract.* de *Except.* n. 9.

(b) In *Praxi*, §. 13. cap. 2. & *Duenas* in *regul.* 263.

(c) Juxta text. in leg. 1. tit. 5. lib. 4. *Recop.*

(d) Secundum *Bart.* in leg. 2. n. 4. ff. de *Re jud.* per text. dict. cap. *Pastoralis*, & *Jall. dict.* l. 1. n. 23. & 36. Et late utramque partem refert *Diaz.* in leg. 1. tit. 4. lib. 3. *Ordin.* verb. *Dà la ley.*

in cap. *Pastoralis*, de *Except.* & eam cum septem ampliationibus, & viginti limitationibus ponit *Alinius*, (b) 16. *Jureque Regio* sunt opponendæ intra novem dies connumerandos a fine ultimi termini assignati in citatione ad comparandum, & respondendum, intra quem reus tenetur illas probare, (c) 17. & licet de *Jure communi* terminus dilatoriarum arbitrio *Judicis* poterat restringi, & abbreviari, (d) 18. tamen de *Jure Regio* terminus novem dierum, qui datur ad litem contestandam, & intra quem dilatoria sunt opponendæ, (e) non potest per *Judicem* abbreviari, quia est terminus a lege concessus absque ministerio *Judicis*. (f) 19. Ego verò exiitimo, etiam de *Jure Regio*, talem terminum ex causa breviori posse a *Judice*: 20. quia omnem dilationem a lege concessam, sive cum ministerio *Judicis*, sive absque illo ex causa *Judex* breviori potest. (g)

Considera tamen, inter omnes exceptiones dilatorias primo loco exceptionem reculationis opponendam esse, (h) 21. & de hac reculatione *Judicis* infra latius dicendum erit in isto 1. Tomo, in 10. Tempore.

22. Deinde exceptio declinatoria fori, seu incompetentiæ ante alias exceptiones dilatorias erit opponenda: (i) 23. nam si alia exceptio prius opponeretur, videretur opponens interpellare *Judicem*, ut super illa pronuntiaret, & per consequens in *Judicem* non suum consentire, suamque jurisdictionem prorogare: (j) 24. quod tamen erit limitandum, quan-

(b) Juxta text. dict. leg. 1. tit. 5. lib. *Recop.*

(c) Secundum *Didac. Perez* ubi *supr.* & in leg. 1. tit. 3. lib. 3. *Ordin.* in gloss. 5. *quæst.* 4.

(d) Secundum *Bart.* ubi *supr.* & ibi *Alex.* n. 5. & *Vinc.* n. 27. & *Ant.* n. 12. *Panorm.* n. 10. *Felin.* n. 1. & *Dec.* n. 13. in cap. *Cum sit Romana*, de *Appell.* Et hanc testatur communem opinionem *Augul. Berouis* n. 61. & si oppositam sententiam tenet gloss. in cap. *Indultum*, de *Reg. jur.* in 6. Et ejus opinionem dicit communem *Jall.* dict. leg. 2. n. 24. & ibi *Guman.* n. 4. & *Ripa* n. 14. & *Didac. Perez* ubi *supr.*

(e) Ut probatur in leg. *Aperitissimi*, *Cod. de Jud. Auth. Offeratur*, *Cod. de Lit. contest.* cap. *Cum speciali*, de *Appell.* Et probat text. ab ordine litteræ in cap. *Quoniam contra falsam*, de *Probat.* *firmat gloss.* 1. cap. *Exceptionem*, de *Except.* gloss. in cap. *Inter Monasterium*, verb. *Subeundo*, de *Re jud.* Et ibi *Felin.* n. 4. *Bart. Paul. Alex.* & *Jall.* leg. *Si convenerit*, ff. de *Jurisdic. omni. jud.* Et *Covar.* in *Pract. Quæst.* cap. 26. n. 2. & ita dicit *Ordinatio Lufitanorum*, lib. 3. tit. 22. §. 2. & tit. 37. §. 1.

(f) Juxta text. in leg. fin. *Cod. de Except.*

(g) Ut probat text. in leg. *sed & si suscepit*, ff. de *Jud.* & *notat gloss.* 2. dict. cap. *Inter Monasterium*, *Bart. Imol.* *Alex.* & omnes in leg. *Quidam consulebat*, ff. de *Re jud.* Tradit *Marant.* de *Ordin. Jud.* 6. part. memb. 9. n. 1. & *Afin.* in *Praxi*, §. 13. cap. 8. & ita disponit leg. 1. tit. 5. lib. 4. *Recop.* Et *Ordinatio Lufitanorum*, lib. 3. tit. 37. §. 2. *Duenas* in *regul.* 379. in fin.

do quis conveniretur coram *Judice* omnino incompetenti nullam jurisdictionem habente: tunc enim in quacunque parte litis exceptio declinatoria fori opponi poterit, 25. quia quis non potest effici *Judex* ex solo consensu tacito, vel expresso partium: (k) ubi enim quis principium jurisdictionis non habet, nec prorogationem habere poterit, ideoque in quacunque parte litis, talis exceptio omnimodæ incompetentiæ poterit opponi. (l) Secundo prædicta resolutio erit limitanda, quando quis ignoranter, & per errorem comparer coram *Judice* non suo, aliàs habenti jurisdictionem: nam tunc etiam in quacunque litis parte exceptio incompetentiæ opponi poterit, quia errantis nullus est consensus ad inducendam prorogationem. (m)

27. Optima tamen cautela erit, ad hoc ut reus objicere non possit exceptionem declinatoriam fori, scilicet, ut ab actore interrogetur coram *Judice*, an velit ibi litigare, & si responderit quod sic, non poterit deinde opponere declinatoriam: (n) cui cautelæ datur contracautela, scilicet, quod reus constituat procuratorem ad respondendum, quia per responsum procuratoris non præjudicatur domino, quin possit objicere declinatoriam. (o) Sed cum ratio discriminis constituit non possit inter dominum, & procuratorem, prædictam contracautelam non esse tutam existimat *Jassô.* (p) 28. Quamobrem tutor contracautela erit, quod reus interrogatus respondeat, se velle coram illo *Judice* litigare, salvis suis exceptionibus, (q) & quando exceptio declinatoria fuerit proponenda, libellus erit formandus modo sequenti, &c.

LIBELLUS EXCEPTIONIS declinatoria Fori.

Ilustre Señor.

29. Geronymo, vecino de la Ciudad de Zamora, con pretellacion, que ante todas

„ cosas hago, que por Auto, o Autos, que
„ ante Vmd. haga, de no le atribuir mas ju-
„ risdicción de la que en tal caso de Derecho
„ le compete, y esta no declinable: parezco
„ ante Vmd. y digo: que Pedro, vecino de
„ esta Ciudad de Salamanca me tiene puef-
„ ta a cierta demanda, en que en efecto me
„ pide le pague cien ducados, que, dice, le ef-
„ toy obligado a pagar, por causa, que de-
„ biendoselos Juan, vecino de esta Ciudad,
„ yo me constituí por pagador de la dicha
„ deuda, segun, y que mas largamente en la
„ dicha su demanda se contiene, cuyo tenor
„ habido aqui por repetido, y a el me re-
„ feriendo, hablando con el acatamiento de-
„ bido, Vmd. no debe conoçer de esta causa;
„ y caso no confesado, que el conoçimiento
„ de ella le compete, me debe absolver, y
„ dar por libre de la dicha demanda, con-
„ demnando en costas al dicho adverso: lo
„ qual así pido, y Vmd. debe hacer por lo
„ siguiente: Lo primero, por todo lo gene-
„ ral, que he aqui por expreso, y porque la
„ dicha demanda no está puesta por par-
„ te, ni contra parte, en tiempo, ni en for-
„ ma, ni ante Juez competente, carece de re-
„ lacion verdadera, y así la niego en todo, y
„ por todo, segun, y como en ella se contie-
„ ne, con animo de la contestar, siendo de
„ contestacion digna. Lo otro, porque el di-
„ cho adverso es actor, é yo reo vecino, y
„ morador de la Ciudad de Zamora, donde
„ tengo mi proprio fuero, y domicilio, y
„ Juez competente; y así, caso negado, que
„ deba pagar al dicho adverso lo que menos
„ bien me pide, debo ser convenido ante mi
„ proprio Juez, que reside en la dicha Ciudad de
„ Zamora, a quien compete el conoçimiento
„ de esta causa, y no a Vmd. Por que pido a
„ Vmd. que habida summaria informacion de
„ lo dicho en este articulo, Vmd. se pronuncie
„ por no Juez de esta causa, y remita el co-
„ nocimiento de ella a quien de Derecho lo
„ compete: sobre que pido cumplimiento de
„ just-

(k) Ut probat text. in leg. *Privatorum consensus*, *Cod. de Jurisdic. omni. jud.* cap. *Si diligenti*, de *For. comp.*

(l) Juxta gloss. in *Clem. unic. verb. Non obstante*, de *Sequest. poss. & fruct.* *Quam sequitur Dec.* in leg. *Hoc edicium*, §. *Hæc autem verba*, n. 5. ff. *Quod quisque juris. Roman.* *consil.* 42. *Aret. consil.* 68. col. 3. *Alex.* in leg. *De pupillo*, §. *Qui opus*, n. 9. ff. de *Nov. oper. nunt.* *Roder. Suar.* in leg. *Poss. rem indicatam*, ff. de *Re jud.* in *Declarat.* leg. 2. tit. de *los emplazamientos*, lib. 2. *Fori*, §. *Sed attende*, n. 47. & *Covar.* in *Pract. Quæst.* cap. 25. n. 4. *Qui* illam gloss. intelligit in omnimoda incompetentiæ.

(m) Juxta text. in leg. *Si per errorem*, ff. de *Jurisdic. omni. jud.* Tradit *Pet.* de *Bellapertica* in leg. *Ex quacunque*, n. 12. ff. *Si quis in jus voc. non ierit*. *Greg. Lup.* l. 15. tit. 22. Part. 3. verb. *Las Partes erraren*. *Duen.* in *regul.* 257.

(n) Secundum *Cepolan.* in *cautel.* 150. receptum a *Sebast. Vanc.* de *Nullic. proces.* pag. 356. n. 58. Et hæc cautela procedit ex text. in leg. *Est receptum*, ff. de *Jurisdic. omni. jud.* & ex *notatis* a *Jassô* in leg. *Si convenerit*, n. 18. ff. *ead.* tit.

(o) Ita tenent *Doct.* & ibi *Ripa* in cap. 1. de *Jud.* Secundum *Rebus* in *Tract.* de *Except.* n. 10.

(p) Ubi *supr.*

(q) Juxta gloss. in cap. *Expensis*, verb. *Salvis*, de *Dilat.*

30. Diximus, con protestacion, y el oficio de Vmd. imploro; y sobre este articulo de la declinatoria pido ante todas cosas debido pronunciamiento, y juro a Dios, y a esta que la dicha excepcion no pongo de malicia, &c.

EXPOSITIO SUPRADICTI LIBELLI.

30. Diximus, con protestacion, que ante todas cosas hago, &c. 31. quia exceptio incompetentiae in initio libelli proponenda est, cum protestatione, quod reus non intendit tribuere Judici jurisdictionem aliquam, nisi solummodo eam, quae de jure sibi competat, ut postmodum allegatio exceptionum dilatoriarum non obstat reo. (r)

32. Diximus, niegola en todo, y por todo, con animo de la contestar: quia exceptio declinatoria, & alia quaevis dilatoria probari debet, intra novem dies connumerandos a fine ultimi termini assignati in citatione ad comparandum, & respondendum: & intra illam dilationem novem dierum tenetur reus litem contestari, (s) 33. ac idem praedicta clausula contestationis apponitur, ne postea, si exceptionem declinatoriam non probet reus, habeatur pro confesso; ex eo quod in termino non fuit litem contestatus. (t) Quo circa Advocatus debet esse cautus, ut in libello exceptionis declinatoriae litem contestetur, vel faciat intra illos novem dies contestari. 34. Nec intelligas per hanc clausulam pracludi viam opponendi exceptiones dilatorias, nam licet effectus lris contestationis sit, pracludere viam obijcendi exceptiones dilatorias; (u) tamen in hac specie per praedictam clausulam, non inducitur iste effectus, quia principalis intentus fuit, declinare jurisdictionem non sui Judicis, ut constat ex verbis libelli, ibi: *T. sobre este articulo de la declinatoria pido ante todas cosas debido pronunciamiento, &c.* at vero praedicta clausula contestationis fuit apposita ad supra-

(r) In docet Innoc. in cap. Cumana, de Elest. Praepos. in cap. Sollicitudinem, n. 71. & 72. de Appell. Rub. in Repeitione, leg. Non solum, §. Morie, n. 234. ff. de Nov. oper. nuntiat. Hypopol. in leg. Si quis ne questio, num. 27. ff. de Quaes. & Dec. in cap. Cum M. Favariensis, n. 29. & 30. de Confut. ubi resolvit, utile esse hanc protestationem repeti.

(s) Ut probat text. in leg. 1. tit. 5. lib. 4. Recop.

(t) Ut probat text. in leg. 1. tit. 4. lib. 4. Recop.

(u) Juxta text. in cap. Inter Monasterium, de Re jud. & in leg. Pomponius, §. Rationabilis, ff. de Procurat. Et Tradit. Panorm. in cap. Si Clericus, n. 17. de For. camp.

(v) Ita colligit ex Montal. in suo Repertorio ad Abb. verb. Lis, verfic. 5.

dictam cautelam, scilicet, ne reus haberetur pro confesso, si intra novem dies non probaret declinatoriam, nec litem contestaretur. (x) Nam in unaquaque re attendi debet, quod principaliter fit, (y) nec actus agentis ultra ejus intentionem operari debet. (z)

35. Diximus, lo otro, porque yo soy vecino, y morador, &c. per hanc clausulam fori declinatorio inducitur, quia actor tenetur rem convenire coram Judice competenti in loco domicilii ipsius rei. (a)

36. Diximus, que habida informacion sumaria de lo en este articulo contenido, se pronuncie por no Juz, &c. quia Judex summarie debet cognoscere de hac exceptione declinatoria, & super ea pronuntiare, (b) alioquin, si absque pronuntiatione ad ulteriora procederet, 37. processus, tanquam a Judice suam jurisdictionem ignorante factus, esset nullus. (c)

38. Caterum si aliae exceptiones dilatoriae reo competere, in supra dicto libello post declinatoriam cumulari possent: & si declinatoria non competere, & alias dilatorias haberet reus, illas poterit opponere, formando libellum modo sequenti.

LIBELLUS ALIARUM dilatoriarum.

Ilustre Señor.

59. „Geronymo, vecino de la Ciudad de Zamora, parezco ante Vmd. respondiendo a una demanda contra mi puesta por parte de Pedro, vecino de esta Ciudad de Salamanca, sobre tal cosa, cuya forma, habida aqui por inserta, y a ella me refiriendo, digo: que no soy obligado a responder a ella por lo siguiente: Lo primero, por lo general, que he aqui por expreso; y porque no es puesta por parte, ni contra parte, en tiempo, ni en forma, y carce

(y) Ut docet text. in leg. 1. ff. de Auct. tutor. leg. Nuncquam ff. de Priv. delicti.

(z) Juxta text. leg. Non omnis in princ. ff. Si cert. petat. leg. Obligationis substantia, §. 1. ff. de Ali. & oblig.

(a) Ut probat text. in leg. Juris ordinem, Cod. de Jurisd. dict. omni. jud. cap. Cum sit generale, de For. comp. leg. 3. tit. 2. Part. 3. leg. 9. tit. 3. lib. 4. Recop. Cuius regulam prosequitur Socin. in Traet. Fallent. regul. 10. & Specul. in tit. de Competente jud. adit. §. Generaliter, a n. 1.

(b) Ut docet Paul. Castrensis, & omnes communiter in leg. 1. Cod. de Ordin. jud. n. 9.

(c) Ut voluit Calcan. consil. 115. n. 4. Bart. leg. Multum, ff. de Cond. & demonstr. Paul. Castren. ubi supr. & Alin. in Praxi, §. 13. cap. 8. n. 2.

de relacion verdadera, y asi la niego en todo, y por todo, con animo de la contestar, siendo de contestacion digna. Lo otro, porque el dicho Pedro es actor, y no pue- de estar en Juicio, estando, como está, des- comulgado de excomunion mayor, agra- vado, reagrado, y denunciado por tal defcomulgado por el Provisor de esta Ciu- dad, a pedimento de Fulano, sobre que le debe ciertos dineros, y se los pide. Lo otro, porque caso negado, que cesara lo susodicho; que no cessa, Vmd. labra; que sobre este negocio hay pleyto pendiente ante los Señores Presidente, & Oidores de la Real Chancilleria de Valladolid, y sobre una misma cosa no debe uno ser molestado en diversos Tribunales. Lo otro, porque el dicho adverfo es hijofamilias, y asi no es persona legitima para poder estar en Juicio, y debe ser repelido. Lo otro, porque caso negado, que lo susodicho cesara, que no cessa, la demanda puesta por la parte contraria es incierta, è inepta, y debe ser repelida del proceso. Lo otro, porque caso no confesado, que no le oblaran las dichas excepciones, no debe ser oido; porque si algo le debo, no ha legado el plazo, y asi pide antes de tiempo, y ha incurrido en las penas del Derecho. Por las quales razones, y por la que mas en mi favor haga, a Vmd. pido, que habida informacion de lo suso- dicho, declare al dicho adverfo ostarle las dichas excepciones, y sobre ellas, ante todas cosas, pido debido pronunciamiento, y ser dado por libre de la dicha demanda, y para ello el oficio de Vmd. imploro, y las costas protesto, y pido cumplimiento de justicia, y juro a Dios, y a esta que estas excepciones no alego de malicia, &c.

EXPOSITIO SUPRADICTI LIBELLI.

40. Diximus, estando, como está, defcomulgado, &c. nam excommunicato majori

excommunicatione potestas standi in Judicio interdicta est, ut in cap. Intelleximus, de Judic. (d) ex eo quod nedum prohibitus est participacione Sacramentorum, verum etiam communione fidelium; (e) ideoque in Judicio agere non potest propter periculum participacionis cum aliis, & in poenam suae contumaciae, 41. & ut publica auctoritas Judicio debita observetur. (f) 42. Caterum cogendus erit excommunicatus suis adversariis respondere, & ab omnibus conveniri poterit; (g) & hoc inductum est in poenam sui delicti, & ne aliquod praedictum irrogaretur non agenti contra excommunicatum, 43. & ut ex suo delicto non reportaret commodum excommunicatus. (h)

Ex quibus deducitur, quod excommunicatus ad Judicium sponte veniens erit repelendus; si vero coactus venerit, ut aliis respondeat, erit audiendus in poenam sui delicti, & ut agenti consulatur, & ipse utilitatem non reportet. 44. Quo fit, excommunicatum in Judicio venire compulso premisum esse excipere, se defendere, & appellare; (i) 45. alioquin compulsus venire omni auxilio destitutus, contra legem condemnari posset, & lex naturae infringere, si contingeret, quod innocens condemnaretur, ex eo quod suas excepciones non allegaverit; & ut dicta lex naturae non infringere, si innocens condemnaretur, excommunicato in Judicium venire compulso conceditur, ut possit excipere, se defendere, & appellare, quatenus haec omnia ad Jus Naturae spectant. (j) 46. Nec supra dictis oberit, si objicias, participacionem cum excommunicatis Jure Divino prohibitam esse: (k) ergo videtur, quod Summus Pontifex non potest statuere, quod excommunicatus compulsus ad Judicium venire, possit excipere, se defendere, & appellare: 47. nam respondeo, participacionem cum excommunicato prohibitam esse de Jure Divino in actibus divinis, caterum in actibus humanis de Jure Positivo tantum esse prohibitam. (l) Ac ideo constat pro-

I hi

(d) Cap. Excommunicamus 1. §. Credentes, de Haeret. in cap. A nobis, cap. Cum inter, cap. Dilcti, cap. Exceptionem, de Excep. cap. 1. de Excep. in 6. leg. 4. tit. 10. lib. 2. Fori.

(e) Ut in cap. Audi devotus, cap. Cum excommunicato 1. r. quæst. 3. c. Inter alia, de Sent. excom. c. 1. de Sent. excom. in 6. (f) Ut in cap. 1. de Excep. in 6.

(g) Juxta text. in dict. cap. Intelleximus, & in dict. §. Credentes, & in cap. Si verè, de Sent. excom.

(h) Ut colligitur ex text. dict. cap. Si verè, & ex cap. 1. de Excep. in 6. & resolutio Soc. in reg. 132. Duen. in regul. 268. Felin. in dict. cap. Intelleximus, a n. 7. Et Anton. Gabriel. lib. 4. conclus. 1. tom. 2. Comm. Opin.

(i) Juxta text. in dict. cap. Cum inter, de Excep.

(j) Argum. Clem. Paolus, §. Caterum, de Re jud. & leg. Ut vim ff. de Jus. & jur. Et tradit Jacob. Menoch. lib. 1. de Arbitr. quæst. 77. n. 4.

(k) Ut constat ex illo Matth. cap. 18. Si Ecclesiam non audierit, sit tibi tanquam Ethnicus, & Publicanus &c.

Et ex illo Pauli 1. ad Corinth. cap. 5. Cum ejusmodi, nec cibum sumere, &c. Joan. 2. cap. 1. Nolite eum recipere in domum, nec Ave ei dixeritis, &c. Et habetur in cap. Excommunicatus 11. quæst. 3. & in cap. Nuper, de Sentent. excomm. Et per praedicta fundamenta ita firmata communis opinio, secundum Fel. in cap. Nulli, de Sent. excom. Sylvest. verb. Excommunicatio 5. n. 10. Et Colman. in Pragmatica Sanctione, tit. de Excommunicatis non vitandis, verb. Niji.

(l) Secundum Sancti Thom. in Addit. ad Tertiam Partem, quæst. 23. art. 3. Joan. Maj. in 4. distinct. 18. quæst. 4. Driedonem de Libertate Christiana, pag. 137. Et Covar. in cap. Alma mater, 1. part. §. 1. n. 2. de Sent. excom. in 6. & Soto in 4. distinct. 22. quæst. 1. art. 4. in casu 5.

hibitionem participationis in judicialibus esse de *Jure Positivo*, ob idque Pontificem propter supradictas rationes posse constituere, ut excommunicatus possit excipere, se defendere, & appellare: & si fateretur, prædictam participationem, etiam in actibus humanis 48. prohibitam esse de *Jure Divino*, adhuc erit dicendum, Pontificem ob prædictas causas potuisse interpretari illud *Jus Divinum*, concedendo excommunicato, ut exciperet; & se defenderet, sicut interpretatus fuit, non peccare participantem cum excommunicato in casibus, cap. *Quoniam multos* 11. quest. 3. & cap. *Si verè, de Sentent. excomm.*

49. Rursus non obstat, quod excommunicatus non compellitur personaliter in Judicio respondere, bene tamen per procuratorem, juxta text. dict. cap. *Intelleximus*: 50. sed in causis arduis non compellitur quis procuratorem constituere, ut in cap. 20. de *Procur.* ergo excommunicatus super causa ardua conveniri non poterit: 51. nam respondeo, quod in causis arduis excommunicatus personaliter poterit comparere, cum procuratorem constituere compelli non possit, (m) 52. cui intellectui non obstat verbum ejusdem text. ibi: *Debet*, nam licet ex sui natura importet necessitatem; (n) tamen juxta subjectam materiam in dict. cap. *Intelleximus*, verbum *Debet* exponi debet de debito honestatis, nam verbum *Debet* aliquando honestatem importat: (o) resultat enim absurditas, & iniquitas, si in dict. cap. *Intelleximus*, verbum *Debet* accipiendum esset ex necessitate, quia contingeret, quod excommunicatus esset inops, vel quod nullum, vel minus idoneum procuratorem inveniret, & sibi sic legitima defensio subtraheretur; (p) ac proinde textus ille intelligi debet de debito honestatis, & ita de honestate excommunicatus tenetur procura-

(m) Secundum gloss. in dict. cap. *Intelleximus*, & ibi Hof. Anchar. & Imol. & dicit communiter receptam Panorm. n. 5. Barbac. n. 27. & Fel. n. 3. ibidem. Quam etiam dicit communem Mar. Socin. in cap. *Sacris*, n. 392. de *Sent. excomm.* quo in loco n. 395. testatur hanc opinionem sibi placere.

(n) Secundum gloss. in Clem. *Attendentes*, verb. *Debant*, de *Stat. Monach.* Quam sequuntur Doct. ibi, & Panorm. Franc. & Dec. n. 5. in cap. *Proposuit*, de *Appell.* Et alii plures relati à Tiracq. de *Retractu*, §. 1. gloss. 15. n. fin.

(o) Juxta dict. gloss. in dict. Clem. *Attendentes*, & probat text. junct. gloss. fin. in cap. 1. de *Desponsat. imp.* gloss. cap. 1. 25. quest. 1.

(p) Contra text. in cap. *Cum inter*, de *Except.*

(q) In cap. *Pastoralis*, de *Jud. Calder.* Aret. n. 21. in dict. cap. *Intelleximus*. Ubi Dec. n. 7. & Alet. n. 13. eam dicit communem, & veritorem esse, & Paris. in cap. *Cum inter*, de *Except.* n. 1. eandem dicit communem Mar. Socin. in dict. cap. *Sacris*, n. 393. Et ita communis opi-

tionem constituere ad respondendum. Sed est ista sit communis interpretatio ad illum textum; tamen opposita sententia verior, & receptor est; 53. imò, quod excommunicatus etiam in arduis debeat procuratorem constituere ad respondendum, quam probat Glossa. (q) Et suadet hæc interpretatio ex text. in dict. cap. *Intelleximus*, ubi expressè dicitur excommunicatum debere, non personaliter, sed per procuratorem respondere: facit etiam text. in cap. *Per tuas*, de *Sentent. excomm.* ubi excommunicatus non potest appellari, nisi prius absolvatur: ad idem est text. in cap. *Cum inter*, de *Except.* ubi 54. exceptiones ab excommunicato admittuntur per ejus procuratorem opposita. 55. Nec huic veriori interpretationi obstat text. in dict. c. 2. de *Procur.* ubi in arduis non compellitur quis procuratorem constituere: nam respondeo illud non procedere, quoties quis propter delictum prohibitus esset personaliter in Judicio comparere, (r) ac idè cum excommunicatus in poenam sui delicti prohibitus sit personaliter in Judicio esse, compellendus erit etiam in causis arduis procuratorem constituere: 56. & hinc est, quod licet excommunicato permittatur excipere, se defendere, & appellare, fieri hoc debet per procuratorem: & ita observandum erit. (s)

57. Ex quibus manifestè constat, agentem exceptionem excommunicationis objici posse, ad repellendum illum à Judicio: unde cum sit exceptio dilatoria, & inter dilatorias connumeretur, ut probatur in cap. *Exceptionem*, Extra de *Except.* (t) 58. ideoque ante litem contestatam erit opponenda, & sicuti reliquæ dilatorie. (u) 59. Nihilominus tamen dicendum erit, hanc exceptionem excommunicationis in quacunque parte litis opponi posse, etiam si scienter à reo fuerit omiſſa, (x) nam hæc exceptio hoc speciale habet, ut inquit text. in dict.

nio habetur in 1. tom. *Communium Opin.* lib. 3. tit. 4. num. 7.

(r) Argum. text. in leg. *Papinianus... exuli*, ff. de *Minor. quem* text. ad hoc expendant Aret. Dec. Alet. & Paris. ubi supr.

(s) Et hanc opinionem testatur communem, contrariam verò communiter refelli Paris. in cap. *Significaverunt*, & in cap. ult. n. 8. de *Except.*

(t) In cap. 1. eod. tit. lib. 6. in Clem. unic. de *Except.* gloss. in dict. cap. *Exceptionem*. Quam explicat ibi Panorm. Fel. & Paris. n. 10. & 13. & Rebuff. in *Tract. de Except.* n. 3. Tradit Marant. de *Ordin. Judic.* 6. part. memb. 9. n. 4. Et Affm. in *Praxi*, §. 13. cap. 2. in limit. 2. principali.

(u) Ut in cap. *Inſuante*, de *Offic. Deleg.* cap. *Inter Manasterium*, de *Re Jud.*

(x) Juxta text. in dict. cap. *Exceptionem*, & in cap. 1. de *Except.* in 6. & in dict. Clem. unic. eod. tit.

dict. cap. *Exceptionem* reddens rationem specialitatis, scilicet, ne invitus in animæ periculo cum excommunicato communicet: 60. communicans enim cum excommunicato peccat saltem venialiter, & in aliquibus casibus mortaliter, (y) quod tamen periculum animæ durat per totam litem, ideo in quacunque ejus parte opponi poterit, ut in dictis juribus dicitur. 61. Nec his obstat, quod nonnulli Doctores asserunt, scilicet, exceptionem loci non tuti opponi posse, quoties quis à Judice vocatus esset ad locum non tutum, quia illud periculum semper durat: (z) ergo non est illud solummodo speciale in exceptione excommunicationis, ut propter periculum animæ in quacunque parte litis opponi possit: nam respondeo quod, etsi exceptio loci non tuti inducat jus illud speciale, non inde sequitur, detrahendam esse specialitatem concessam exceptioni excommunicationis, quia dicendum est, duos esse casus speciales fundatos in una, & eadem ratione. 62. Rursus, & secundo responderet, discrimen esse inter exceptionem loci non tuti, & exceptionem excommunicationis: licet enim exceptio loci non tuti competat, quotiescunque Juxta vocet aliquem ad locum non tutum, tamen si vocatus noluerit ea uti, non poterit postmodum illam opponere, quia videtur illi renuntiasse; at vero exceptio excommunicationis scienter, & malitiosè omiſſa, postmodum opponi poterit in quacunque parte litis. (a)

63. Diximus, de *Excommunicatione major* per el *Provisor de Salamanca*, &c. nam objiciens exceptionem excommunicationis, ad repellendum aliquem à Judicio, tenetur exprimere speciem excommunicationis, an sit major, vel minor: & etiam nomen excommunicatoris, juxta text. in cap. 1. de *Except.* in 6. Sed videtur hoc non esse necessarium, sed satis esse dicere, *estando, como está, descomulgado*, &c. 64. nam quoties fit mentio excommunicationis intelligitur de majori, ut probat text. in cap. pen. Extra de *Sent. excomm.* Nihilominus tamen

(y) Secundum Hof. in *Summ. de Sent. excomm.* §. fin. Joan. Andr. in cap. *Sacris*, de *His, qua vi, metusve*. Et communiter omnes ex Navar. in *Manual*, cap. 27. n. 28. & Covar. in dict. cap. *Alma mater in initio* 1. part. n. 7. ut in cap. *Illud*, junct. gloss. verb. *Vitavi*, de *Cler. excomm.* Panorm. cap. *Si quis Presbyter*, n. 9. eod. tit. & in dict. cap. *Exceptionem*, n. 28. Div. Anton. 3. part. tit. 25. cap. 2. §. 2. & Navar. in cap. *Cum contingat*, pag. 169. versic. *Sexto*, de *Rescript.*

(z) Juxta text. in cap. *Ex parte* 47. de *Appell.* & in cap. *Cum olim*, de *Testib.*

(a) Ut dicitur in dict. cap. *Exceptionem*, cum similibus.

(b) In Cap. *Alma mater*, §. 8. n. 5. 1. part. de *Sentent.*

erit dicendum, necessariò exprimendam esse speciem excommunicationis, ut inquit text. dict. cap. 1. idque Pontificem statuisse, ne excipiens vagetur, & illud Judici, actori, & Judicio, & ut finis libris imponatur, ita resolvit Covarruvias: (b) vel aliter text. in dict. cap. 1. intelligit Egidius relatus à Dominico, (c) quod per speciem ibi intelligatur casus, vel factum, propter quod lata fuit excommunicatio, nam quod nos vulgariter appellamus casum, docti appellant speciem, ut annotavit Budæus in *Pand. in leg. 1. ff. de Inst. & jur.* fol. 7. pag. 2. Prior tamen intellectus verior, & receptor est: ceterum in alio quocunque actu, & dispositione, appellatione *excommunicationis* venit excommunicatio major, ut probat text. dict. cap. penult. 65. Nec obstat huic resolutioni, quod in poenis in dubio minori est intelligendum: (d) 66. sed excommunicatio est major poena, quam sit in Ecclesia; (e) ergo videbatur, quod appellatione *excommunicationis*: in dubio veniret minor: nam omiſſis solutionibus relatis, & rejectis à Covarruvia, (f) existimo rectius dicendum esse, scilicet, 67. quod ante dispositionem text. in dict. cap. pen. si fieret mentio *excommunicationis*, in dubio intelligendum esset de minori, juxta dict. Reg. *In poenis*, de *Reg. jur.* in 6. 68. tamen Gregorius IX. Pontifex prævidens, minorem excommunicationem non esse congruens remedium ad compescendos contumaces, minoremque excommunicationem nil ultra peccatum mortale operari, & facile contemni posse Judicium Ecclesiasticorum mandata, illam Decretalem condidit contra illud juris principium, quod in poenis minimum est sequendum: nec id mirum est, cum multoties Legislatoris aliqua ratione ducti; multa contra juris principia statuerunt: & hoc est quod ipsi dicunt, *contra strictam rationem disputandi multa esse in jure admittenda*: (g) facit text. in cap. *Si Civitas*, de *Sent. excomm.* lib. 6. dum dicit, 69. quod licet secundum juris principium interdicitur civitate, suburbia non con-

ti-

(c) Num. 10. in fin. in dict. cap. 1.

(d) Ut in leg. *Si Praes*, leg. *Interpretatione*, ff. de *Poenis*, & in cap. *In poenis*, de *Reg. jur.* in 6.

(e) Ut in cap. *Corripianus* 24. quest. 3. cap. *Per venerabilium*, qui *ſunt leg. cap. Sacre*, versic. *Cumque*, & ibi gloss. verb. *Panorm.*, de *Sent. excomm.*

(f) In dict. cap. *Alma*, 1. part. §. 8. n. 5. Omniaque alia Anchar. quam sequitur Covar. ubi supr. ex eo quod non tollit difficultatem ex dict. cap. *In poenis*, cum similibus.

(g) Ut in leg. *Ita vulneratus* in fin. ff. *Ad leg. Aquil. leg. Si quiservo*, Cod. de *Furs.* text. in cap. *Cum interversum*, de *Rer. perm.* cap. *Si beneficia*, de *Tribend.* in 6.

tineantur, cum appellatione Civitatis suburbia non veniant; tamen ne sententia interdicti vilipendi valeat, statuitur, ut interdicta civitate, suburbia etiam interdicta censeantur.

70. Diximus, *agravado*, y *reagravado*, y *denunciado*, &c. nam licet de *jure veteri* excommunicatus vitandus erat, statim quod constabat, eum esse excommunicatum, (b) *hodie* tamen hanc concertationem dissolvit Extravagans Martini V. incipiens: *Ad vitandum scandala*, &c. 71. qua statuitur, excommunicatum non esse vitandum ante publicationem, & denuntiationem excommunicationis.

72. Et quia magna controversia est inter Doctores, circa veram litteram illius Extravagantis nondum typis excusam, libuit mihi eam in presenti inserere, juxta veram, & tenendam Litteram Concilii Basiliensis, ut ita facili negotio percipi possit, quem excommunicatum vitare tenemur: littera sic se habet.

Ad vitandum scandala, & multa pericula, subveniendumque conscientis timoratis, statuit etiam, quod nemo deinceps a communione alienius in sacramentorum administratione, vel receptione, aut aliis quibuscunque divinis, vel extra, prae-textu cujuscunque sententiae, aut censura Ecclesiastica, seu suspensionis, vel prohibitionis ab homine, vel a jure generaliter promulgatae, teneatur abstinere, vel aliquem vitare, aut interdictum Ecclesiasticum observare, nisi sententia, prohibitio, suspensio, vel censura hujusmodi fuerit in, vel contra personam, Collegium, Universitatem, Ecclesiam, aut locum certum, aut certam, a iudice publicata, vel denunciata specialiter, & expressè: aut si aliquam ita notorie excommunicationis sententiam constituerit incidisse, quod nulla possit tergiversatione celari, aut aliquo modo juris suffragio excusari: nam a commu-

nione illius abstinere vult, juxta Canonicas Sanctiones. Per hoc tamen, hujusmodi excommunicatos, suspensos, interdictos, seu prohibitos non intendit in aliquo relevaré, nec eis quomodolibet suffragari.

Hactenus littera praedicta Extravagantis: ex qua colligitur, excommunicatum *hodie* non esse vitandum, donec esset publicatus, & denuntiatus a iudice: vel nisi ita notorie excommunicationem incurreret, quod nulla excusatione celari posset. (i)

73. Unde primo consequitur, veram esse opinionem Innocentii (j) asserentis, ante denuntiationem non esse vitandum excommunicatum, quamvis ejus excommunicatio duobus rebus probari possit: (k) quae doctrina Innocentii procedit, etiam si excommunicatio per famam publicam probaretur: & ita jam est sublata responsio text. in cap. *Cum desideres*, ibi: *Secunda questionis de Sent. excomm.* secundum Covarruviam dict. cap. *Alma mater*, 1. part. §. 2. num. 7.

74. Consequitur secundo, sublata esse distinctionem text. in cap. *Cum non ab homine*, de *Sent. excomm.* qui disponebat, excommunicatum publicum publice vitandum esse, occultum vero occulte: nam ante denuntiationem non tenemur *hodie* vitare occultum, etiam occulte.

75. Tertio consequitur, ante denuntiationem non esse vitandum excommunicatum, etiam nominatim, & specialiter: 76. ut puta, si nomine proprio, vel signis aequipollentibus esset excommunicatus, tunc esset nominatim excommunicatus, (l) & hoc corollarium probat Cosmas, (m) & subscribit Covarruvias (n) asserens, ulum, & communem interpretationem Christiani Orbis praedictam Extravagantem ita accepisse; et si contradicam Adrianum, (o) qui omnes fundantur in dict. Extravaganti, ibi:

clio Lateranensi sub Leone X. sess. 11. Covarr. in dict. cap. *Alma*, 1. part. §. 2. n. 7.

(j) Et loquatur in cap. *Inquisitionis*, de *Sent. excomm.*

(k) Quicquid oppositum velint Panorm. Enric. & Felin. in cap. *Cum non ab homine*, de *Sent. excomm.*

(l) Arg. leg. 1. & 2. ff. de *Lib. & posth.* leg. *Si nominatim*, ff. de *Cond. & demost.* gloss. in cap. *Cum*, & *plantare*, §. *Excommunicator*, verb. *Nominatim*, de *Priv.*

(m) In Pragm. Sanct. tit. de *Excomm. non vitand.* verb. *Generaliter*. Cui consentit Navar. cap. 1. §. *Laboret*, n. 22. de *Pan. disp.* 6. & in *Man. Hisp.* cap. 27. n. 36. & in *Lat. num.* 35.

(n) In dict. cap. *Alma*, 1. part. §. 2. n. 7. verf. 4.

(o) In 4. Tract. de *Eucharist.* cap. *Vig.* de *Impedim.* verb. *Quantum ad tertium*, & in Tract. de *Concessione*, dubio 9. Felin. in cap. *Rodolphus*, n. 39. de *Rescript.* & Medina in cap. de *Penitentia*, Tract. 2. cap. de *Confessione*.

(b) Juxta text. & ibi gloss. in cap. *Cum non ab homine*, de *Sent. excomm.* de cuius vera resolutione concertatio fuerat apud Doct.

(i) Et juxta praedictam litteram eam referunt, & sequuntur Pan. in Clem. 2. de *Sent. excomm.* in suis re-collect. Fel. in cap. *Rodolphus*, n. 39. de *Rescript.* D. Anton. 3. part. tit. 25. cap. 3. & Nicol. de *Ausimo* in Supplem. Pisanetz, verb. *Clericus* 3. asserens, se hanc Extravagantem juxta praedictam litteram extraxisse de libro D. Juliani Cardinalis praefate dicto Concilio Basiliensi, & sibi ostendit hanc Constitutionem in sua Camera. Et eandem litteram agnovit Pragmatica Sanctio Gallicana, tit. de *Non vitandis excomm.* in princ. Sylvest. in Summ. verb. *Excommunicatio* 5. notab. 4. Rebus. in Concord. verb. de *Excomm. non vitand.* pag. 687. Navar. in cap. 1. §. *Laboret*, n. 10. de *Pan.* dist. 6. & in *Man. Hisp.* & *Lat. cap.* 27. n. 35. Subdens juxta praedictam litteram fuisse illam Extravagantem confirmatam in Concilio Bituricensi, & in Con-

ibi: *Generaliter*, &c. ergo videtur quod nominatim, & specialiter quis esset excommunicatus, quod ante denuntiationem esset vitandus: nam illo verbo, & fundamento non obstante, existimo priorem opinionem veriore, & tenendam esse, quia verba illius Extravagantis aptissima sunt, ad excusandos participantibus cum excommunicato, tam generaliter, quam nominatim: qui intellectus suadet ex verbis ejusdem Extravagantis, ibi: *Cujuscunque*.

77. Quarto consequitur ex dict. littera Extravagantis, vitandum esse quemlibet excommunicatum, ita notorium, quod nulla possit excusatione celari, etiam ante quam esset publicatus, & denunciatus: nam legendo eam, prout supra retulimus, debemus *hodie* vitare excommunicatum denuntiatum, & excommunicatum, ita notorium, quod nulla tergiversatione celari posset, etsi nondum denunciatus esset, & ita hoc corollarium probant Doctores supra citati, qui praedictam litteram sequuntur. Alii vero ex Concilio Constantiensi aliter legunt praedictam Extravagantem: nam loco illorum verborum, aut *si aliquam ita notorie excommunicationis sententiam constituerit incidisse, quod nulla possit tergiversatione celari*, &c. substituunt haec verba, *salvo, si quem pro sacrilega manuum injectione in Clericum, sententiam latam a Canone, adeo notorie constituerit incidisse*. Juxta quam litteram, praedictam Extravagantem refert Decius, Antoninus, (p) & Soro (q) dicens, juxta hanc litteram usum Ecclesiae hanc Extravagantem receptam esse, idem firmat Victoria. (r)

Ex quibus lecturis constat, maximum delictum esse, nam juxta primam litteram Concilii Basiliensis, quilibet notorie excommunicatus, ita quod nulla excusatione celari possit, vitandus erit ante denuntiationem; at vero secundum litteram posteriorem Concilii Constantiensis illomodo sunt vitandi notorii percussores Clericorum ante denuntiationem: reliqui autem notorii excommunicati

ante denuntiationem non erunt vitandi. Sed proculdubio recedendum non esse existimo à littera Concilii Basiliensis, tum quia inter acta Concilii Basiliensis illa Extravagans reperitur juxta primam litteram; at vero inter acta Constantiensis non reperitur, nec secundum hanc, nec illam litteram. Tum etiam, quia Concilium Basiliense fuit celebratum post Concilium Constantiense, & quae in Concilio Basiliensi decreta fuerunt circa censuras, approbata postea fuerunt per Martinum V. & Nicolaum V. Summos Pontifices, ut ex eorum Bullis contentis in volumine Conciliorum constat, ut refert Covarruvias. (s) 78. Facit etiam pro hac sententia, quod securus est, ut omnes notorios excommunicatos vitemus, cum praedicta Extravagans veniat ad subveniendum conscientis timoratis, ut in principio ejus dicitur: & ex hoc nullum inconveniens resultat, quod tamen resultaret ex littera Concilii Constantiensis. 79. Insuper facit, quia notorius excommunicatus necessario non est denuntiandus. (t) 80. Stat igitur conclusio, quod *hodie* excommunicatus non est repellendus à iudicio, nec ab alia communione ante denuntiationem, nisi esset ita notorie excommunicatus, quod nulla tergiversatione celari possit, ideoque in libello dictum fuit, y *denunciado*.

81. Diximus in dict. libello: *Hay pleyto pendiente*, nam exceptio litispendentiae est dilatoria; & ante litis contestationem erit oblianda; (u) reliqua vero exceptiones in dicto libello appositae sunt dilatoriae, ut in principio Temporis resolvimus, de quibus, quando casus occurrerit, consulendus erit Speculator. (x)

82. Restat ut videamus de exceptionibus mixtis, seu anomalis; & exceptiones mixtae dicuntur, quae naturam aliarum exceptionum non sequuntur, propterea quod ante, & post litem contestatam opponi possunt, ut puta exceptio excommunicationis, quae in quacunque parte litis objici potest, (y) 83. & excep-

(p) 3. part. tit. 25. cap. 3. sequitur Ang. de *Clavasio* in Summ. verb. *Excommunicatio* 8. §. 63. Major in 4. distinct. 18. quest. 3. Cajet. in Summ. verb. *Excommunicatio minor*. Driedon. de *Libert.* Christ. pag. 88. Ledesma in secund. 4. quest. 25. art. 1.

(q) In 4. distinct. 1. quest. 5. art. 6. & distinct. 22. quest. 1. art. 4.

(r) In Tract. de *Excomm.* n. 10.

(s) In dict. §. 2. n. 7. verific. *Quaedam vero* in fin. Qui etiam vacillet in isto articulo, in hanc tamen partem magis se inclinat.

(t) Secundum Panorm. & Dec. in cap. *Pervenit* 1. de *Appell.* & *Domine*, in cap. *Cum secundum leges*, de *Heret.* in 6. & Felin. in cap. *Rodolphus*, n. 39. de *Rescript.* Et hac

consideratione utitur Navar. in dict. cap. 1. §. *Laboret*, n. 18. per text. in cap. *Quoniam*, de *Fil. Prob.* etsi displicet Covarr. dict. §. 2. n. 7.

(u) Secundum Bald. in leg. *Peremptorias*, n. 40. Cod. *Sent. rescind. non posse*. Felin. dict. cap. *Exceptionem*, n. 32. Matth. de *Affict.* in decis. 130. num. 5. lib. 4. & *Afin.* in *Praxi*, §. 13. cap. 2. n. 3.

(x) In tit. de *Except.* & *replec.* §. *Nam videndum restat*. Felin. dict. cap. *Exceptionem*, n. 7. & ibi *Parif.* n. 4. *Alex.* & *Jaff.* in leg. *Ita demum*, Cod. de *Procurat.* Duen. in regul. 263. Et *latius Afin.* in *Praxi*, §. 13. cap. 2. per totum.

(y) Ut dicit cap. *Exceptionem*, de *Except.* & in cap. 1. eod. tit. in 6.

rio non numeratē dotis, vel pecuniā: (z) item exceptiones rei iudicatæ, iurjurandi, & transactionis, quia in vim dilatoriā opponuntur ad processum, & etiam in vim peremptoriā, & ita iudicantur à forma, & modo opponendi illas: (a) similiter exceptio, tu non es procurator, (b) vel exceptio, tu es filiusfamilias, vel es servus, vel es minor, vel pupillus: nam licet istæ exceptiones sint dilatoriæ, tamen quia processus redditur nullus ex actis gestis ab eis, quodcumque opponi possunt, etiam post litem contestatam: ac idēo Anomalia dicuntur: (c) Præjudiciales etiam dicuntur, ut resolvit Didac. Perez. (d)

84. Et de isto libello exceptionum dilatoriārum, vel emergentium datur copia actori, & summaric de eis cognoscitur, & in eis ante definitivam expressa, vel tacita pronuntiatio, procedendo ad ulteriora processus, requiritur. (e) 85. Ceterum si reo nulla exceptio dilatoriā, seu emergens competat, statim post oblationem, & intimationem libelli actoris eidem reo factam, intra novem dies tenetur litem contestari de jure hujus Regni: (f) at verò apud Lusitanos reus tenetur litem contestari intra terminum à Judice assignandum, (g) ideoque opportune erit dicendum de 6. Tempore, &c.

EX SEXTO TEMPORE.

SUMMARI A.

1 LITIS contestatio nihil aliud est, quam principalis causæ narratio, & ad eam apud Judicem competentem sequuta responsio.

2 Litis contestatione omiſſa, processus erit nullus.

3 Litis contestatio est lapis angularis, & iudicii fundamentum.

4 A partibus remitti non potest litem contestatio.

5 Potest reus à Judice compelli litem contestari.

6 Reus litem non contestans, pro confesso habetur.

7 Litis contestatio in causis summaris necessaria non est, nisi Jure Regio.

8 In quibusdam casibus litem contestatio non

(z) Secundum Speul. tit. de Except. in princ. n. 7. verfic. Anomalia quod. Afin. in Praxi, §. 13. cap. 7. n. 2.

(a) Secundum Lanc. Corradum in sua Pract. lib. 1. cap. 9. de Prator. §. 2. de Offic. Prator. in causis civilibus. tit. de Incidentibus. & emergentibus. num. 2. Berouium, cap. Super litteris, n. 76. de Rescript.

(b) Quam probat leg. Licet, & ibi Alex. Cod. de Procur. Et Dugn. in regul. 264.

requiritur, remissio traditur.

9 Litis contestatio præcludit viam dilatoriā exceptiones opponendi.

10 Personalis actio post litem contestationem usque ad quadraginta annos perpetuatur.

11 Invalida litem contestatio actionem non perpetuat.

12 De dolo actio per litem contestationem non perpetuatur.

13 Quamlibet prescriptionem litem contestatio, etiam coram arbitro facta, interrumpit.

14 Per litem contestationem adversarius in mala fide constituitur.

15 Per litem contestationem in mora quis constituitur.

16 Procurator, lite contestata, dominus litis efficitur, nec revocari potest, nisi in certis casibus.

17 Potest procurator post litem contestatam, utpotè dominus litis, alium procuratorem substituere.

18 Post litem contestationem Delegatus ab aliis, quam à Principe, potest aliis causam committere.

19 Lite non contestata, non potest procedi ad testium receptionem, vel ad juramentum calumnia, aut ad sententiam diffinitivam, & num. 20.

20 Post litem contestatam reus Judici subicitur, & actori obligatur.

21 Post litem contestationem causa usuraria efficitur.

22 Litis contestatio fieri debet post libellum porrectum, & post viginti dierum dilationem ad deliberandum concessam.

23 Jure Regio intra novem dies litem contestanda est, alias reus pro confesso habetur.

24 Contumax nemo dicitur ante contumacia inquisitionem.

25 Terminus novem dierum ad contestandum assignatus, non potest per Judicem infringi, secundum communem Doctorum; tamen Auctor tenet contrarium.

26 Quotiescunque ipso jure aliqua lege poena imponitur, sententia prius declaratoria requiritur.

27 Reo ante Judicis declarationem mortuo, poena non transit ad heredem.

28 Reus intra novem dies litem non con-

(c) Secundum Afin. in Praxi, §. 13. cap. 2. limit. 8.

(d) In leg. 1. tit. 8. lib. 3. Ordin. col. mihi 1007.

(e) Secundum gloss. in cap. 1. de Ordin. cogn. & ibi Paternorm. n. 22. & communiter omnes ex Imol. ibi n. 6. Cin. & Paul. Castr. n. 9. in leg. 1. Cod. de Ordin. jud.

(f) Juxta text. in leg. 1. tit. 4. lib. 4. Recop.

(g) Juxta Ordinam. Lusitan. lib. 3. tit. 39. in princ.

testans, potest nihilominus intra dies viginti peremptorias exceptiones objicere.

30 Reus intra novem dies litem non contestans, videtur confirmare petitionem adversarii.

31 Novem dies ad contestandum à lege concessi, sunt continui, & non utiles.

32 Contestatio, non solum die feriata, sed etiam, actore absente, fieri potest.

33 Si reus per viam reconventionis aliquid ab actore petierit, etiam actor intra novem dies petitionem non fuerit contestatus, non habebitur pro confesso.

34 Si dominus non fuerit citatus, vel procurator specialiter ad eam causam non fuerit constitutus, procuratoris contumacia in non respondendo domino nocere non potest.

35 Si reus compareat, & postea sine Judicis licentia recedat, litem pro contestata habetur.

36 Lex 1. tit. 4. lib. 4. Recop. non habet locum in causis criminalibus, etiam civiliter inventatis.

37 Reus libello inepto non respondens, pro confesso, vel contumace: Jure communi non habebatur.

38 Etiam si petitio inepta sit, dum talis inveniatur, ex qua intentio actoris cognosci possit, reus intra novem dies non respondens habetur pro confesso Regio Jure.

39 Reus intra novem dies litem non contestans, si postea onus probandi, quod actori incumbat, in se suscipiat, etiam termino elapso, excusatur, & appellare potest à sententia Judicis declaratoria.

40 Contumax non auditur appellans.

41 Fictus contumax appellare potest.

42 Adversus lapsum termini minor restituitur.

43 Minor adversus veram confessionem restitui potest.

44 Lex 1. tit. 4. lib. 4. Recop. non servatur apud Regios Supremosque Judices.

45 Inferiores Judices non possunt recedere ab observantia legis, etiam durissima.

46 In causis gabellarum litem contestanda est, infra trium dierum spatium, alias reus pro confesso habendus est.

47 Contestatio antiquitus pro diversa, & plura verba fiebat.

48 Regio Jure contestatio fit per verbum Nego, aut per verbum Confiteor.

49 Contestatio litem fieri debet intra novem dies, Judice, actore, & tabellione presentibus.

50 Si actor inveniri, aut Judex non possit, litem contestatio, absente actore, fieri poterit in eo loco, in quo Judex inveniri possit.

51 Libellus litem contestationis Hispano sermone compositus.

52 Per hæc verba: Nego in totum petitionem, licet in ipsa continetur, litem contestatio inducitur.

53 Verba Cum animo petitionem contestandi non sunt necessaria.

54 Litis contestatio super inepto libello facta, est ipso jure nulla.

55 Reus habet viginti dies ad opponendas exceptiones peremptorias post litem contestationem.

56 Quando bene fundatum est jus litigantis, in ipsa litem contestatione potest peremptorias opponere.

57 Juri suo potest quilibet renuntiare.

SEXTUM TEMPUS.

LITIS CONTESTATIONIS.

1 Litis contestatio est principalis negotii apud Judicem competentem facta narratio, & ad eam sequuta responsio. (a) 2. Quæ litem contestatio est actus substantialis iudicii, & processus, adeo, quod si omittatur, processus erit nullus. (b) 3. Unde Baldus (c) inquit, quod contestatio litem est lapis angularis, & fundamentum iudicii, (d) 4. in tantum quod à partibus contestatio litem remitti non potest, (e) & Didac. Perez (f) concludit, 5.

reum

(a) Ita colligitur ex cap. unic. junct. gloss. Extra de Lit. contest. ex cap. Dudum II. de Elect. ex leg. Rem non novam, §. Patroni, Cod. de Jud. conven. leg. 19. tit. 4. leg. 2. & 3. tit. 10. Part. 3. leg. 1. tit. 4. lib. 4. Recop. & Ordin. Lusitan. lib. 3. tit. 19. in princ. Tradit Tirag. de Retract. lib. 1. §. 15. gloss. 2. n. 1. Damhaud. in Praxi, cap. 120. n. 1. & cap. 140. n. 1. & Marant. de Ordin. Jud. 6. part. memb. 10. num. 3. & Joan. Parlador. in Rerum Quotid. cap. 14. n. 3. quo in loco, n. 1. & 2. tradit, cur litem contestatio ita dicatur, rejecta etymologia Pompeii, & Yraqueli.

(b) Secundum gloss. dict. cap. Dudum, verb. Iratum duximus, & gloss. in leg. Proletam, Cod. de Sent. & interl. omn. jud. Et ibi Bart. & omnes gloss. cap. unic. de Lit.

contest. in fin. & gloss. in cap. Quoniam, de Probat. verb. Responsiones.

Et de Jure Regio hæc opinio probatur in leg. 7. tit. 3. Part. 3. & in leg. 2. tit. 16. Part. 3. & in leg. 8. & 9. tit. 22. Part. 3. Et resolvit Avend. in 1. respon. n. 4.

(c) In cap. 1. Extra de Lit. contest.

(d) Not. Jass. in leg. Si is qui, n. 7. ff. de Jurejur. Sebaff. Vant. de Nullit. Process. pag. 298. n. 28.

(e) Secundum gloss. in cap. De causis, de Offic. Deleg. quam ibi restantur communiter receptam Dec. & Soc. in cap. 1. de Lit. contest. Greg. Lup. in leg. fin. tit. 10. Part. 3. verb. Lo que no se podria.

(f) In leg. 1. tit. 3. lib. 3. Ordin. col. mihi 862. ubi in quart. 4.